



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Capellis Monachorum. Titvlvs XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE IVRE PATRONATUS a. TITVLVS XIX. CAP. I.

Donato juri patronatus laici facta loco ecclesiastico, etiam sine consensu Episcopi, tenet, non tamen prejudicat juri Episcopi. h. d. Dominicus.

Pontificius octavus. Illiciusus patronatus ecclesie sibi competens, et dem vel alteri ecclesie sui loco religioso duxerit conferendum, hujusmodi collatio (quamvis absqz assensu Episcopi facta fuerit) efficax est censenda b. Per prefatam tamen collationem juri Episcopi, qui eidem assensum non praeiit, nolumus in aliquo derogari.

Laicus quadrimestre tempus habet ad presentandum: ecclesia vero semestris, licet a laico acquirere jure patronatus, hoc dicit Dominicus.

Verum licet patronus laicus ad presentandum tempus habeat quadrimestris duntaxat: ecclesia tamen (vel monasterium, cui facta est a laico juri patronatus collatio) tempus habet semestris. Et omnino quantum ad presentandum pertinet, non ut patronus laicus, sed ut patronus debet ecclesiasticus reputari.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, & procuracionibus. TITVLVS XX. CAP. I.

Archiepiscopus volens provinciam visitare, prius debet visitare ecclesiam, civitatem, & diocesim propriam, clericos & laicos curandem. h. d. Dominicus.

Innocentius IV. Romana ecclesia: & infra. Stratumus, ut quilibet Archiepiscopus suam volens visitare provinciam, prius ecclesie suae capitulum ac civitatem & diocesim propriam plenè visitare procuret: nec sit solum erga majorum, sed etiam minorum ecclesiarum, nec circa clericorum tantum, sed etiam populorum visitationem intentus. Et si commode vel abique difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad unum congruum clericos & laicos studeat convocare, ne in illis visitatio postponatur.

Dispositio diocesis. Archiepiscopus in parte vel in totum visitat omnia loca ecclesiastica, clericos & populum provinciae procuracionem à visitatu recipiendam. h. d. Dominicus.

Deinde liceat ei per totam provinciam vel ejus partem visitationis officium exercere, civitates & dioceses, suffraganeos suos & eorum subditos, cathedralium & aliarum ecclesiarum capitula & monasteria, ecclesias & alia religiosa & pia loca, clericos & populos liberè visitando, ac procuraciones à locis tantum recipere visitatis.

Archiepiscopus post acceptam visitationem in una diocesi transire ad aliam, ad primam redire non potest: nisi de novo eam in tota provincia. Dominicus.

Ex quo tamen aliquam de ipsius diocesisbus visitare coeperit, nunquam postea, si vetotam siue partem ejus visitaverit, revertatur causa visitationis ad illam, priusquam omnes reliquae ipsius provinciae dioceses in toto vel in parte (quas secure visitare poterit) & sua denud fuerint visitatae. Quod si forte eadem diocesis vel aliqua ibi ecclesia plus alius indiguerit visitari: tunc aliarum

a De materia hujus rei, vide quod vixissimè decrevit Concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 9. b Vid. cum a matre. C. de re. vin. & l. peto. §. frat. ff. de leg. 2. c De materia hujus decreti, praeter statuta in Conc. Later. sub Alexand. III. c. 4. & in Concil. Later. sub Innocent. III. c. 33. vide omnino quae vixissimè servavit Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 8.

Religiosi mendicantes, per Papam post Concilium approbati & confirmati, non possunt aliquam ad professionem recipere, domum vel locum de novo acquirere, nec acquisita sine licentia alienare, nec ex parte praedictae, visitationem sermone audire, vel ad sepulchrum non admittere. Ex causa factum non tenet, & contra factum, excommunicantur. h. d. Dominicus.

Confirmatio non solum per sedem eandem, possidemus concilium institutos, quibus ad congruum suffraganoneum reditus aut possessiones habere professio sine regula quilibet interdicitur, sed per quorum publicum tribuere visum solet in terra mendicantibus: modo licentiam subscipere infra scripto, ut videlicet professio eorumdem ordinum ita liceat in illis remanere, & velut, quod nullum deinceps ad eorum professionem admittant, nec de novo domum vel aliquem locum acquirant, nec domos seu loca, quae habent, alienare valeant sine sedis ejusdem licentia speciali. Nos enim ea dispositioni sedis Apostolicae referamus, in terra sancta in eisdem, vel pauperum, vel alios pios usus per locum ordinarios, vel eos, quibus sedes ipsa commisit, conservanda. Si vero secus praesumptum fuerit, nec professionem recepto, nec domorum vel locorum acquisitione, aut ipsorum, ceterorumque honorum alienatione, & nihilominus contrarium facientes sententiam excommunicationis incurrant. Personis quoque ipsorum ordinum omnino interdicitur, quoad exactiones, praedicationis & audientiae confessionis officium, nec a eorum sepulchrum.

Religiosi ordinum mendicantium, praedicatorum, minores, heremiticorum, & carmelitarum non comprehendit, hoc dicit Dominicus.

Sunt ad praedicatorum & minorum ordines (quos ex parte eius utilitas ecclesiae universali proveniens perhibet approbata) praesentem non patitur constitutionem extendi. Ceterum Eremitarum sancti Augustini, & Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum Concilium generale praecellit, in solido statu volumus permanere.

Episcopi ad visitandum revocantur, non collegialiter, sed singulariter ad diocesim transire possunt. h. d. Dominicus.

Ad hoc personis ordinum (ad quos constitutio praedicta extenditur) transire non debent: ita quod nullus eorumdem concedimus generalem: ita quod nullus eorumdem, vel conventus ad conventum se, ac loca sua colliter transferat, sed sedis ejusdem super hoc permissione specialiter non obtenta.

DE CAPELLIS MONACHORUM. TITVLVS XVIII. CAP. I.

Episcopi in ecclesia Monachorum ad curam populi per Episcopum ad ipsorum praesentationem, per eundem (si causa subsistat) sicut designantur. h. d. Dominicus.

Bonifacius octavus. Bonifacius, qui ad curam populi per Monachos in locorum ecclesiarum praesentationem Episcopis, & institutis ante ab ipsa: (cum debeant esse perpetui & visitatione vel statuto quovis contrario non obstantes, ad eandem nequeant ecclesiam (nisi per Episcopos, & ex causa rationabilis) amoveri.

a In manuscriptis, ita: ac etiam sepulchrum. b alii transmittunt, c Dicitur, perperam, quod significat, vid. Fulg. consil. 17. in causa Bonifacii, & Alex. consil. 10. in ep. omisso multo. in i. volam.